



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Cap. X. De Lege positiva humana quid sit? & an ea hominibus fuerit necessaria? an à lege naturali derivetur, & quæ qualitates ad ea[m] requira[n]tur

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

De LEGE Positiva Humana.

Quid sit? & an ea hominibus fuerit necessaria
 & an ea à LEGE Naturali derivetur
 & qua qualitates ad eam requi-
 rantur?

Dicitur ea Lex Positiva, qua non est innata
 cum Natura vel gratia, sed ultra illam
 ab aliquo Principio extrinseco, habente Potestatem
 posita est: Inde enim Positiva dicitur
 quasi addita Naturali LEGI, non ex illa ne-
 cessario manans. Conan. lib. 1. Comment: Ju-
 ris Civil. cap. 8.

Dicitur illa Lex Humana, non quia ho-
 minibus imposita sit, quia hoc est commune
 omni LEGI, sed ideo, quia proxime, ab ho-
 minibus inventa & posita sit, primordialiter
 enim omnis Lex humana, derivatur aliquo
 modo, à LEGE Divina & æterna, & quoad
 vim obligandi, manat à potestate à Deo de-
 riva; nihilominus tamen Lex ipsa, quæ Hu-
 mana dicitur, actus est hominis, & ita ab illa
 proximè fertur, & ideo dicit S. Augustinus
 tract. 6. in Joannem, Deum per Imperatores
 distribuissè Humano Generi Jura humana
 Ita Suarez lib. 1. de Leg. cap. 3. num. 14. & 17
 Unde

D I C O primo. utile fuisse ac necessarium
ad Pacem hominum, & virtutes, quod L E-
G E S ponerentur. Ita S. Thomas hic q. 95.
art. 1. Quia licet, quidam sint proniores ad
virtutum actus, ex bona dispositione Natu-
ræ vel Consuetudinis, vel potius divino mu-
nere, quibus sufficiat disciplina quasi prima,
quæ fit per monitiones, & exhortationes, ta-
men plures sunt protervi, & ad vitia procli-
ves, qui verbis non moventur: sed his neces-
sarium est, quod per vim & metum, à malis
abarceantur, ut sic saltem sinant alios, quietè
vivere, ac ipsi etiam, assuefactione abstinendi
à malis, & pænarum metu, sensum ad virtu-
tem proficiant, ut qui prius peccare oderant,
formidine pœnæ, paulatim progrediantur in
melius, & incipiant odisse peccare virtutis a-
more, atque ut vis & metus, talibus injician-
tur, oportet esse L E G E S, ab hominibus po-
sitas: Ergo id necessarium fuit ad Pacem
Reipubl. ac similiter etiam conducens, ad
perfectum in virtutibus. Et licet L E X Na-
turæ, & Divina, ad hoc per se sufficerent, ni-
hilominus ramen, ex alio capite, L E G E S
humanæ fuerunt necessariae, quia opus fuit,
ut, quæ in communi mandant L E X Naturæ
& aliquando L E X Divina. Neque specifi-
cantur omnino, quo ad particulares modos,
ut

ut hæc determinantur per Humanas ordina-
tiones, quo ad certa media, vel quo ad cer-
tas circumstantias, ut, quo ad tempus, locum,
& alias particulares rationes, ne sine illis, na-
scatur magna in communitate confusio, dum
unusquisque pro suo arbitrio, de illis vellet
statuere, & secundum hoc, sese in illis habere
& gerere.

Ut autem intelligatur, an omnis **L E X** hu-
mana à Naturali **L E G E** dependeat; sciend-
um, duos esse modos, quibus Humana **L E X**
possit à Naturali intelligi derivari. Unus est,
secundum quem, derivatur ex Principijs **L E G I S**
Naturalis, tanquam conclusio, per fir-
mam scilicet & necessariam Consequentiam.
Alius est, secundum quem, dicatur derivari,
tanquam quædam Determinatio eorum, quæ
L E X Naturæ, indeterminata relinquit. Sic
tamen, quod dicitur ea, per Communitatem,
aut eos, qui Communitatis curam gerunt, esse
se determinanda, non quidem uniformiter ubi-
bique, & pro semper, sed diversimodè, pro di-
versis temporibus ac locis, & pro diversitate
aliarum circumstantiarum His positis.

D I C O. Omnem **L E G E M** Humanam,
suo modo derivari à **L E G E** Naturali; sed
quædam derivantur ex Principijs commu-
nibus; tanquam Conclusiones quædam, aut
so

solum, tanquam quædam Determinationes
LEGIS Naturæ. Ita **D. Thomas** hic q. 95.
art. 2. Et probatur: quia omnis **LEX** Humana,
debet esse rationalis, nec potest pugnare
cum **LEGEB** Naturali, alioquin non esset
LEX, sed **LEGIS** corruptela: Ergo, debet a-
liquo modo, derivari ex **Ratione**, & **LEGE**
Rationis, sive Naturæ.

Declaratur Exemplis: Quia v.g. **LEGES**
Humanæ, quibus prohibentur Latrocinia,
Adulteria, falsa Testimonia, & similia, deri-
vantur tanquam Conclusiones, ex illo Gene-
rali & Notissimo Principio: Quod tibi non vis
fieri, alteri ne feceris. Item **LEGES** aliæ,
quibus statuitur v.g. determinata Pœna, cer-
tis delictis. Item, quæ statuunt, determinata
tempora & modos, quibus colendus sit Deus:
non possunt quidem tanquam Conclusiones
necessariæ, ex Principiis Juris Naturæ infer-
ri, sed sunt Determinationes quædam, illius
Juris. **D.** stat enim **LEX** Naturæ. Malefacto-
res puniendos, sed Pœnam non specificat.

Similiter dicitur, Deum esse colendum, ac
non præscribit determinatos dies, quibus co-
lendus sit: sed horum Determinationem, re-
linquit Communitati, aut iis, qui ejus curam
gerunt, faciendam.

Est itaque Differentia, inter illos duos
Mo-

Modos, quod, quæ præcipiuntur Humana
 LEGE, priori modo, magis debeant censer
 præcepta, Jure Naturæ, quam Constitutione
 Humana, quæ non præcipit vere illa, nisi
 quod adjungat determinatas Pœnas, contra
 Prævaricatores. Nisi fortassis, aliqua essent
 obscuriora, sic, quod a Plerisque non agno
 scerentur dependere, & sequi ex Principiis
 Naturalibus: tunc enim, non tantum propter
 Pœnarum adjectionem, sed etiam ad instru
 ctionem, ut Homines agnoscant, se ad illa
 servanda obligatos esse, inculcantur eadem
 Humanis LEGIBUS.

Quæ autem præcipiuntur, LEGE Humana
 ut posteriori modo, sese ad LEGEM Natu
 ræ habent, illa sunt propriè Præcepta per hu
 manam LEGEM, ita, quod absque illâ non
 cadant specificè sub aliquam obligationem.
 Wiggers in l. 2 q. 95. art. 2.

Qualitates vero LEGIS Positivæ sunt,
 quod LEX erit honesta, justa, possibilis, se
 cundum Naturam, secundum Consuetudinem
 Patriæ, Loco, Temporique convenienter
 necessaria, utilis, manifesta quoque, ne ali
 quid per obscuritatem, in captione continetur
 nullo privato commodo, sed pro commun
 utilitate Civium scripta. Quia ejusmodi qua
 litates requiruntur, partim, ut LEX servia
 fia

Fini,
 sit co
 G I
 Hur
 rum
 tione
 re. Ita
 hic q
 De
 PR
 G
 mol.
 Gent
 non l
 tural
 quo s
 homi
 cum l
 S. Th
 IV
 muni
 ribus
 stratu
 ris Pro
 quod
 Ratio
 fia

Finis, ad quem ordinatur, partim vero, ut ipsa sit conformis superiori Regulae, scilicet LEGI Naturae & Divinae, à quibus non potest Humana discrepare, quamvis possit ad eorum determinationem & faciliorem implementationem, seu observationem quaedam adjicere. Ita S. Isidorus libro 5. Etymol. Et S. Thom. hic q. 95. art. 3.

C A P U T XI.

De Divisione LEGVM Humanarum.

PRæter cæteras Divisiones harum LEGVM, quas adfert S. Isidorus libro 5. Etymol. cap. 6. præcipua est, qua dividitur in Jus Gentium & Civile. Per Jus Gentium vero non Primævum, quod est aliquo modo Naturale Homini, sed illud Secundarium, de quo supra dictum est, intelligitur, sine quo homines convivere ad invicem non possent, cum homo sit naturaliter Animal sociale. Ita S. Thomas q. 95. art. 4.

JUS CIVILE id dicitur, quod non communi omnium pene hominum consensu, & moribus introductum est, sed Principum ac Magistratum Placiti, vel certe alicujus particulari Provincia, aut Regni, usu aut consuetudine quodque ita non proponitur ab ipsa naturali Ratione, tanquam omnibus & ubique con-

ve-